Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



136 128

conscius est adeo inter vinos et inter mos. Huic
omnes prophete testimonium phibent: remissionem pec
catorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in
eum. Ad hec loquente petro verba hec: cecidit spiritus
sanctus super omnes qui audiebant verbum. Et obstu
pueruntex circumcisione fideles qui venerant cum
petro: quia et in nationes gratia spiritus sancti effusa
est. Audiebant enim illos loquentes linguis et magni
ficantes deum. Tunc ait petrus. Numquid aquam
quis phibere potest ut non baptizentur hi qui spiri
tum sanctum acceperunt sicut et nos? Et iussit eos
baptizari in nomine domini nostri ihesu xpi. Alleluia v. Spi
ritus domini replevit orbem terrarum et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis
Alleluia v. Veni sancte spiritus Sequentia sancti Secundum iohannem
In illo tpe. Dixit dominus ihesus discipulis suis. Sic
enim deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum non
pereat sed habeat vitam eternam. Non enim misit deus
filium suum in mundum ut iudicet mundum: sed
ut saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum:
non iudicatur. Qui autem non credit iam iudicatus est
quia non credit in nomine unigeniti filii dei. Hoc
est autem iudicium: quia lux venit in mundum. et
dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.
Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui
male agit odit lucem: et non venit ad lucem ut non
arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem venit
ad lucem: ut manifestentur opera eius quia in deo
facta sunt. Offertorium In nomine de celo dominus et altissimus dedit vocem
suam et apparuerunt fontes aquarum alleluia Secreta Propitiare do